

spargi. et si fuerit saporis amari
 vel salis: mala erit. Si dulcis: bo
 na. Amaritudo anime est ira. Ja
 cobi. Quid si zelum amarum ha
 betis a contentiones sunt in cordi
 bus vestris. Salsugo anime est
 auaricia. Ps Terram fructifera
 in salsugine ac. Salsus sapor ter
 ram quide ipsam sterilem facit.
 Nil autem magis animam sterilem
 reddit q̄ auaricia. Tunc igit est
 mala terra anime quando vel est
 amara per iram: vel salsa p̄ aua
 riciam. Illi autem sunt bona ter
 ra: qui sunt dulces. i. qui habent
 dulcia corda. Prouer. xvi. Dulce
 to anime est sanitas ossium Qui
 habent dulcia verba. Ecclesiasti.
 xvi. Verbum dulce multiplicat
 amicos. a mitigat inimicos. Qui
 habent dulcia a mansueta op̄a
 Ecclesiasti. xi. Breuis in volatilibz
 est apis a in iucuz dulcoris habet
 fructus eius. Ecclesi. iij. In mansue
 tudine opera tua perfice. a super
 hominū gloriam diligereis

Domnica in. l. sermo primus

Hsumpsit ihesus duo
 decim discipulos suos
 a ait illis. Ecce ascēdi
 mus iherosolimā. a o
 summabuntur omnia que scrip
 ta sunt de filio hominis. Tradetur
 enim gentibus ad illudendum a
 flagellandum a conspuendum.
 a post q̄ flagellauerunt occident

eum a tertia die resurget. Luc. x
 viij. sicut dicit Gregorius. Redē
 ptor noster prouidens ex sua pas
 sione discipuloꝝ animos pertur
 bandos. eis passionis sue penaz
 a resurrectionis sue gloriam. pre
 dixit vt cum eum morientem cer
 nerent: etiam resurrecturum a re
 sue gentem non dubitarent Et ta
 men xpi passionē intelligere nō
 poterant. Quod tribus de causis
 accidebat vt dicit beda. Prima ē
 q̄ nimis eum diligebant. a ideo
 mortem eius audire non poterāt
 sicut mater que diligit filium ni
 mis tenere: non potest audire ver
 bum de eius passione: siue sepa
 ratione. Secunda. q̄ credebāt eū
 esse verum deum. a ideo suspicari
 non poterant ipsum mori posse.
 Tercia q̄ credebant eum patuli
 ce loqui sicut eis sepe taliter loq̄
 batur. Duo igitur taliter discipu
 lis suis xpristus p̄ redixit. s. suam
 passionem a suam resurrectionē
 Circa passionem aut̄ quinqz po
 nuntur. s. traditio. illusio. flagel
 latio conspuitio a occisio. Tradi
 tur autem ille qui est virtus pas
 na. Illuditur ille qui est dei sapi
 entia. flagellatur ille qui est inno
 centia vera. conspuitur dei gloria
 a occiditur vera vita. Ista autem
 quinqz que passus est xpristus
 a iudeis quotidie patitur ab ho
 minibus malis. Primum nanqz
 quod passus est xpristus fuit tra
 ditio. fuit autē; traditus a iuda

*Tradi
 Illusio
 flagella
 conspuo
 occisio*

qui eum tradidit salutando. amplexando. osculando. a secum comiendo. Sic etiam multi in ista quadragesima ipsum salutabunt cum orationem dominicam frequentabunt. Quotiens pater noster digne dicimus: totiens deum salutamus. Multi etiam christum amplexabunt brachio timoris. a brachio amoris. Signum autem quod homo amplectitur christum brachio timoris est: quando vitat peccata. Prover. xxv. Per timorem domini declinat omnis homo a malo. Signum quod homo amplectitur christum brachio amoris est quando facit bona opera a seruat dei omnipotentis mandata. Job. xliij. Si quis diligit me sermonem meum seruabit. Multi etiam christum in quadragesima osculantur. et christus illos iuxta illud psalmi misericordia a veritas obuiauerunt sibi iusticia a pax osculate sunt. Veritas enim debet esse ex parte peccatoris. misericordia ex parte dei. Si enim peccator de se dicit veritatem peccata sua veraciter confitendo: misericordia dei mox obuiat indulgendo. Similiter ex parte peccatoris debet esse iusticia. a ex parte dei pax. Si enim peccator de se facit iusticiam se per penitentiam corrigendo: mox deus ipsum osculatur in amicitiam eum recipiendo. Multi etiam cum christo comedunt: quando corpus christi recipiunt a tunc ad similitudinem inde

sic christum salutatum. sic amplexatum. sic mense associatum proditorie tradunt ad peccata redeunt. et christum de corde expellunt a diabolum introducunt. fuit autem christus traditus a tribus. A iuda qui ipsum tradidit per auariciam: ut dicitur Mathe. xxvij. Quid vultis in dare ut ego vobis eum tradam. A iudeis qui ipsum per inuidiam tradiderunt a certam maliciam. Mathe. xxvij. Sciebat enim quod per inuidiam tradiderunt eum. A pilato qui eum tradidit ad crucifigendum propter timorem a pusillanimitatem. Nam sicut habetur Luc. xix. cum iudei dixissent pilato. Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Pilatus autem timore concussus tradidit eum ad crucifigendum. Omne enim peccatum: aut fit per cupiditatem male insammantem. per. Thimol. sexto. Radix omnium malorum est cupiditas. Isti tradunt christum cum iuda proditore. Tales sunt symoniaci. usurarii a auari. Aut fit per certam maliciam: aut per fratrem nam gratiam persequentem. Isti tradunt eum cum iudeis. Tales enim sunt inuidi a maligni: qui scilicet dona spiritus sancti in aliis persequuntur. Aut fit per infirmitatem humanam aliquatenus inducentem. Isti tradunt eum cum pilato. Tales sunt inuidi a pusillanimes qui plus timent hominem mortalem quam ipsum deum verum

Secundum est illusio. Illuditur
autem a iride maxime a tribus
generibus hominum. Primo a du-
ris a obstinatis. Prouerbio 21.
Vocauit a renuisti ac. Et ideo in fi-
ne deus eos iridebit. Vnde sub-
dit. Ego quoque in interitu vestro
ridebo. Prouerbio 2. iij. Illusores
ipse illudet. Hieronimus. Au pu-
tamus fratres quod iocando deue-
runt prophete. ridendo locuti sunt a
postoli. predicatorum infantiliter
cominentur. Sed ioci non sunt:
vbi tormenta incidunt. *Isayas*
serra secat batur. Daniel leombus
deuorandus exponit. Petrus in
cruce exemplo domini suspendit
Si iocando passi sunt: credantur
a iocando letari. Sed timeo quod fi-
des nostra potius sit iocalis quam ip-
soforum. Timeo ne iocando salue-
mur. a rideat ipse de nobis quez
admodum scriptum est. Qui ha-
bitat in celis iridebit eos a domi-
nus subsannabit eos. Secundo
*a recidiuis. *Ridorus. Irisor est**
a non penitens: qui adhuc agit
quod penitet. Cum talibus enim
ludit dyabolus sicut catus cum
mure quem aliquantulum ascende-
re permittit: sed iterum arripit a co-
medit. Sic dyabolus aliquando
permittit hominem penitere: sed
postmodum facit ipsum in pecca-
tum redire. Prouerbio. xiiij. Stul-
tus illudit peccatum id est dyabo-
lus qui fuit inuentor peccati.
Tercio a tepidis a ociosis. Tre.

videntur eam hostes a detise-
runt sabbata ei. Et dicit sabba-
ta in plurali. Tales etiam faciunt
sabbatum quo ad deum vacantes
ab oratione. *Faciunt etiam quo*
ad seipso vacantes a vitiorum
*mortificatione. *Faciunt insuper**
quo ad primum vacantes a bona
operatione. quia tales illudunt
christum dantes ei aquam tepidam
ad bibendum: id est demones veri-
dent sabbata eorum. Notandum
quod christus quatuor modis fuit il-
lusus. Primo in domo capite sa-
cerdotis cum velamine capitis ut
*habetur *Luco. xxij. Secundo in do-**
mo herodis indutus veste alba.
*ut habetur *ibidem. xij. Tercio in**
*domo pilati cum purpura. *Mat.**
xxij. Quarto a iudeis in cruce qui
*eius verba peruertereunt. *Mat.**
xxvij. Vach qui de steuis templi
dei ac. Et eius fidem iridebant di-
*centes *ibidem. Si rex israel est: des-**
*cendat nunc de cruce ac. *His qua-**
tuor modis sacerdotes vident christum
illudere. Primo per capite pami-
ctum capitis cum ipsum amictum in ca-
*pite assumunt *Ep. vi. Galea sa-**
*lutis assumite ac. *Ipsi autem non ser-**
uiunt in ecclesia pro celesti retribu-
tione: sed pro cupiditate terrena
Secundo sibi illudunt in alba veste cum
herode cum albam induunt que si-
*gnat mundicia. *Iuxta illud ps.**
Lauabis me a super niuem deal-
*babor. *Ipsi autem non sunt mundi**
sed mente a corpore impuri.

no.

70' alios saluos fore 22.

no.

Tercio cū purpura cū militibus
Cum induunt casalam purpure
a; que significat latitudinē a fer
uorem caritatis. Ipsi autē nō ha
bent vestem purpureā caritatis.
sed sanguineam rancoris. Quat
to in cruce cū iudeis qui eius ver
ba peruertebant. a ipsi verba dei
contemnunt: cum stolam que si
gnificat gladium verbi dei indig
ne assumunt. ad Hebr. x. Vnde
est sermo dei a efficac. a penetra
bilior omni gladio anticipi aē.
Et scutum fidei quod significat ma
nipulum despiciunt. ad Epl. v.
In omnibus fumentes scutum fi
dei. Tercium est flagellatio in q̄
3 flagellatione sanguis xpristi ab
omnibus membris eius exiuit.
fleuerat prius oculis: sed modo
flet q̄ omnibus membris Xpri
stus autē quadrupliciter fleuit
In sua passione fleuit scilicet cor
de p̄ immensitatem doloris. Tre
pri. Oms omnes qui transitus p̄
viam aē. Ore lacrimosis verbis.
Matth. xvij. Deus meus deus me
us vt quid me dereliquisti. Ocu
lis p̄ lacrimarum effusionem. ad
Heb. v. Cum clamore valido a fu
his lacrimis offerens se exaudit
est pro sua reuerentia. Et tandem
cum omnibus membris p̄ sang
uinis emanationem quando sci
licet tam crudeliter fuit flagella
tus. Notandum autē q̄ quatuor
vicibus ipsi iudei xpristu; flagel
lauerunt. Primo enim in capite

ipsum arundine percutientes Ma
thēi vice simo septimo. Secundo
in facie eum velantes a percutien
tes. Luce. xij. Tercio in collo eius
colaphis cedentes. Matth. xxvij.
Quarto in toto corpore ipsum fla
gellantes. Matth. xv. Flagellat
autem xpristu; hodie in capite
qui p̄sequuntur ecclesie prelatos
flagellant in facie: qui contem
platiuos qui sunt pulchrior ps
ecclesie perturbant in sua quiete
flagellant in collo: qui predica
tores impediunt in diuino sermo
ne. flagellant in toto corpore: q̄
adiuos inferiores molestant in su
a operatione. Sed de tali flagel
lo dicit Augustinus. Quid sup
bie impius si de ipso flagellum fa
cit pater meus. Pater flagello
filium corripit a postea flagellu;
ad ignem ad comburendu; me
tit. Quartum est conspuicio. Sig
nat autem conspuicio vilipensio
nem. Vnde super illud Job deci
motercio. Facie; meam conspu
ere non veretur dicit glosa. spua
em conspuere: est iustos in pre
sentia sui confutare a in eorum o
tumelias verba fluxa quasi flue
tes salinas emittere. Ista autem
conspuicio id est vilipensio aliq̄
bus est ad suffocationem a per
turbationem. sicut legitur de hui
viro marie sororis moysi prophete
te qui iudeorum sputis fuit suffo
catus. Aliquibus vero ad correc
tionē. qd̄ significatū est deu. xv

Quando homo nolebat acci-
 pere vixorem: flagellis cedebat fra-
 tris sui. Per flagella intelligitur
 penitentia quam pro nobis xpi-
 stus accepit. Quam quidem penite-
 tiam cum homo accipere rennu-
 it: deus ipsum duris flagellis affligit
 ex quibus ille sepe correctionem
 accipit. Aliquibus vero est ad hu-
 milianem. sicut legitur quod bo-
 genes philosophus: inuitatus
 a quodam rege habente turpem
 faciem sed domum pulchram. in
 eius faciem spuit dicens se non vi-
 disse aliquid turpius in domo in
 quo spueret posset. Hoc autem fe-
 cit phis ut eum cognosceret a de-
 pulchritudine domus non supbiret
 sed de turpitudine persone humi-
 litatem haberet. Aliquibus est ad
 illuminationem a perfectionem virtu-
 tum. sicut cecero nato. ut habet Jo-
 his. ix. Tales erant apostoli de quibus
 dicitur Actu. v. Ibant apostoli
 a conspectu consilij etc. Quintus
 est occasio. Habuit enim christus
 quedam vulnera que erant occi-
 sio mortis. Primo enim fuit intus
 flagellatus in corpore quod in se
 flagella alius exprassit. Deinde
 fuit in manibus a pedibus pro-
 ratus a tandem cum esset iam mor-
 tuus in latere est vulneratus. Per
 corpus christi intelliguntur illi de
 ecclesia qui ad hoc sunt infirmi a
 temporalibus dediti. Isti occiduntur:
 quoniam temporalia eis auferuntur. Eccles.
 xliij. Qui auferet in sudore panem

pauperum quasi qui occidit in con-
 spectu patris sui filium. Per manus
 intelliguntur adiui. Isti occiduntur
 cum in suis operationibus impedian-
 tur. Pro. iij. Noli phibere eum qui
 benefacere potest. etiam a siuales
 benefac. Per pedes intelliguntur
 contemplatiui qui suis orationibus
 totam ecclesiam sustentant. Isti eos
 occidunt qui orones ut in ipsis ef-
 fectum habeant impediunt. Sunt
 etiam quidam mortui in ecclesia sicut
 viri perfecti. Colo. iij. Mortui enim
 estis: sed vita vestra abscondita
 est cum christo in deo. Istos illi occidunt
 qui eos turbare non desinunt. Se-
 cundo ponit leticia resurrectionis
 cum die. Et tertia die resurget. Igitur
 qui est mortuus pro peccata tertia
 die resurgat. Prima dies est contri-
 tio. secunda confessio. tertia satisfactio.
 Vel tres dies sunt sicut de-
 lectatio. consensu a opus. Qui ergo non
 resurgit a delectatione: resurgat a con-
 sensu. Et qui non resurgit a consensu
 resurgat ab opere. Si enim quarta
 diem a consuetudinem addiderit: re-
 surgere vix valebit. Hoc signifi-
 catum est in lazaro quatuoriduo. Ce-
 teros quidem mortuos christus resuscita-
 uit simplici iussione. istum autem
 suscitauit orando. clamando a lac-
 mando. ut intelligat quod illi qui sunt
 in peccatis inueterati indigent multo-
 rum orationibus. magnis cordis da-
 moribus longis a diuturnis fletibus

Sermo secundus.

de 20 pñh s de
 gloria vrbis

Hecus quidam sedebat se-
cus viam mendicans & c.
vbi supra. Per istuz me-
dici & ceteri genus humanum sig-
nificatur: quod magna inire-
bat cecitatem: sed illuminari me-
ruit. Et ideo in isto euangelio duo
tanguitur. s. infirmitas. cecitas.
& remedium passionis. **C**irca
primum est notandum qd quinqz
sunt pccataque spūalem cecitatē in-
ducūt. Primum est tumor super-
bis. Greg. Tumor mentis est ob-
staculū veritatis. Et iste tumor to-
tum genus humanū occupauit
Primo em̄ ortum habuit in celo.
qñ lucifer contra deū intumuit. Idē
supbia est nature celestis. & ideo
vivos celestes aliqñ inuadit. De i-
de de celo descendens in paradysum
iuit. Et ideo primos pences inua-
sit: qui supra se ipsos se eleuaue-
runt & contra deum intumuerūt.
Deinde de paradiso venit in mundū
& modo per totum mundum. iste
morbus supbie serpit. Supbire
enim dicitur quasi supra alios ire
Lucifer autē supbiuit. qz supra
seipsum ire voluit. homines super-
biant. qz supra alios ire volunt.
Deus autem supbire non potest
qz supra alium ire non valet: co-
qz supra se alium non habet. **S**e-
cundum est puluis auaricie. Aua-
rus enim semp portat terram in
oculis. Ps. Oculos suos statuerit
declinare in terram. Vnde dicitur
qd sunt nimia cupiditate cecī. Et si

cut supbia totum gen⁹ humanū
occupauit: sic & auaricia. Iher.
vi. A minore vsqz ad maiore om-
nes auaricie student. Inter mino-
res autem & maiores sunt medio-
eres. Per minores igitur intelligū-
tur layci. p mediocres clerici. et
p maiores prelati. Auaricia autē
est a minore ad mediocres. & ad
maiores. qz inuenitur in laycis.
Vel potest dici qm anime domo
sunt tres familie. s. minores & iste
sunt cogitationes. mediocres & iste
sunt intentiones. maiores & iste
sunt affectiones. Sunt autē qui-
dam quoz auaricia est in cogita-
tionibus. qz die ac nocte cogitā-
nō assant qualiter lucra pnt ac-
quirere & pecunias suas augere.
Eccle. ij. Cuncti dies eius laborib⁹
pleni sūt & erumnis. In die la-
borat: nec p noctem mente requies-
cit. Alij sunt in quoz intentioni-
bus auaricia est. qz in omnibus
que dicunt & faciunt semper ad
lucrum. vel ad emolumentum tē-
porale intendunt. Proverbioz.
xvij. Oculi stultorum in finibus
terre. Oculi stultorum sunt inten-
tiones eorum quibus sibi semp
pretendant temporale lucrum. A-
lij sūt quorum auaricia est in af-
fectibus: qui scilicet temporalia
ardenter diligunt. & spiritalia
pariupendunt. Vnde igit a mino-
re vsqz ad mediocrem & vsqz ad
maiores omnes auaricie student.
Sunt etenim aliqui qui terrena

lucra cogitare non desinunt. aut
 in omnibus que agunt tempora
 lem mercedem intendunt. aut ter
 rena diligenter attendunt. a spi
 ritualia contemnunt. Tertium e
 ignis iracundie. Ps. Supercedit
 ignis a non viderunt se lem Cesa
 rius. Sue mentis hunc iracundus
 execat. Sicut enim visus execat
 ad pelum ardentem: sic homo ex
 ceatur ad iracundiam inflaman
 tem. Scdm Damascenum. Ira est
 ebullitio sanguinis circa cor. Ex il
 la ebullitione fumositates ascen
 dunt: que oculum mentis obnu
 bilat. Catho. Ira impedit animu
 ne possit cernere verum. Quando
 autem vas ad ignem nimis ebullit
 tribus remedijs subuenitur. Aut
 per vas ab igne depositionem: aut
 per aque frigide infusionem. aut
 per lignorum subtractionem. sic qu
 do quis per iram contra alium ni
 mis ebullit: ille contra quem irasci
 tur: aut debet se totaliter ab illo
 diuidere. Proverbio. xx. Honor
 est homini qui separat se a contem
 tionibus. Omnes enim stulti mis
 cent iras aut contumelias. Aut
 debet verba refrigerantia aut et
 cia respondere. Proverbio. xv.
 Responsio mollis frangit iram. et
 sermo durus suscitatur furorem.
 Aut saltem debet tacere. a sibi ni
 hil respondere. Verba autem
 que iracundo respondentur: sunt
 ligna quibus ignis ire inflamma
 tur. Ecclesiastici. xxvii. Scdm lig

na silue sic exardescit ignis. Quam
 do autem ligna verborum subtra
 huntur: tunc ille ignis extinguitur
 Proverbiorum. xvi. Cum defce
 rint ligna extinguetur ignis.
 Quartum est fetor luxurie. Hoc
 signatum est Thob. ii. vbi dicitur
 quod de stercore profundum execa
 tus fuit thobias. Huius autem
 auis immundities est defecatio
 a nullum peccatum magis efficitur
 quam luxuria. Homo quidem habet
 quatuor: scilicet corpus. animam.
 famam et substantiam temporalem.
 Est igitur quoddam peccatum quod
 efficitur corpus scilicet nimia tri
 stitia. Prover. xxvii. Spiritus tri
 stis efficit ossa. Est aliud quod
 defecatur animam: scilicet inuidia.
 Nam inuidia sicut dicitur marces
 cit rebus optimis. Est aliud quod
 defecatur famam scilicet superbia.
 Eccle. ii. Odibilis coram deo a ho
 minibus. Est aliud quod defecatur
 terrenam substantiam scilicet per di
 galitas. Luxuria autem defecatur cor
 pus a consumit. quod facit ipsum ci
 to venire ad senectutem. vel ad mor
 tem. prime ad Clxx. vi. Qui aut
 fornicatur: in corpus suum peccat
 scilicet in corporis sui consumpti
 onem vel diminutionem laborat
 Consumit animam. quia omnia
 bona proposita a desideria annih
 lat a dispergit. pri. ad Clxxii. ii.
 Animalis homo non percipit ea
 que sunt spiritus dei. Consumit bo
 nam famam. Unde dicit de salom.

Eccle. xlvij Indinaſti femora tua a mulieribus. ⁊ dediſti maculaꝝ in gloria tua Conſumit terrenā ſubſtantiā Luce. xvi. Diſſipauit ſubſtantiā uiuendo luxurioſe. Quintum eſt nimia abundātia ⁊ craſſitudo terrene ſubſtantię. Operuit faciem ſuam cōſtitudo. Hinc eſt q̄ Zedechias excecatus eſt in re blatha quod interpretatur multa. vt habetur. iij. Re. xv. Quia multitudo temporalium faciunt hominem cecum. hinc eſt q̄ manasses ⁊ eſſaym fuerūt fratres. Eſſaym enim interpretat̄ fertilitas. Manasses autē; obliuiōſus q̄ nimia fertilitas ſeculi inducit obliuionem dei. Sicut em̄ piſces ex nimia pinguedine excecantur ⁊ ſicut in anceribus oculi obſuntur ne ex multitudine rerum inſpiciendaz ab impinguacone retē hant. Sic hoīnes ex nimia rerum abundantiā in anima excecant. Poſt q̄ viſum eſt de infirmitate cecitatis: vidēdum eſt de remedio paſſionis de qua paſſione in p̄ncipio euangelij fit mentio ſpecialis. Ch̄us enim oītra iſta quinq; in cōmoda portauit quinq; remedia. ſ. in corpore. in animā. in ſanguinē. in ſpiritu humanum. ⁊ in dicitatē. De corpore enim fecit emplaſtū quo tumor ſupbie ſanaretur. ſ. fit autē emplaſtrum de herbis medicinalibꝫ que incidunt. conterunt. decoquunt. ⁊ liquore aliquo p̄funduntur. Verba me

dicinalis eſt caro xp̄iſti. q̄ ſicut dicitur Pſa. xi. Omnis caro fenū Iſta herba fuit in cruce incifa. deinde in mortariolo crucis piſtillo paſſionis attrita. De hīs duobꝫ dicitur Pſa. xix. Vulneratus eſt p̄pter iniquitates noſtras. attritus eſt p̄pter ſcelera noſtra. Deinde in furno crucis triplici igne fuit excocta. ſ. igne amoris. Job. xv. Maiorem hac dulcēem nemo h̄y aē. Igne doloris. Treno. ⁊ Ows omnes qui tranſiūt p̄ viam aē. Igne paſſionis. Pſ. Oſſa mea ſicut cremū aruerūt. Deinde ſāguine precioſo aſperſa. Pſa. xliij. Quare rubꝫ eſt indumentū tuū. ⁊ veſtimenta tua ſicut calcātium in torculari. Iſtud eſt emplaſtꝫ factum de carne xp̄iſti ſic incifa. ſic attrita. ſic p̄fuſa. Sic ſi ſuper a poſtēma ſupbie apponat: oportet iſtud ſtatim maturare. mollicite ⁊ conſtringere. Auguſtinꝫ Ecce habes humilitatis exemplū ſupbie medicamentum. Idem. Que ſupbia ſanari non poſſit: ſi humilitate filij dei non ſanāte. Secundo de ſanguine ſuo fecit collitium quo ignis iracundie tēperatur. Si nihil enim ſic odium ⁊ iracundiam temperare poſſit: q̄ conſiderare q̄ ſanguis domini noſtri iheſu xp̄iſti pro crucifixoribꝫ orauit Siquidem ipſe xp̄iſtus orauit ſic pro eis verbis dicens Luce decimo tercio. Pater dimitte eis. quia ne ſciunt quid faciunt.

Orauit lacrimis Ad hebre. v. Cū
 clamore valido a fufis lacrimis se
 offerens exauditus est pro sua ē
 uerentia. Orauit sanguine. Heb
 xij. Accessistis ad sanguinis asp
 sionem melius loquentem q̄ Abel
 Orauit morte. Hebre. xij. Xp̄us
 noui testamenti mediator est ut
 morte intercedente aē. Tante igi
 tur collirium pietatis a caritatis
 in nobis refrigerare debet omnez
 ignem rancoris. Quis enim de ce
 tero contra inimicos odium tene
 bit: cum xp̄istus pro suis imi
 cis lacrimis. uerbis. sanguine a
 morte orauit Tercio de anima fe
 cit vas ungentariuz quo pūis
 auaricie expietur. In isto em̄ va
 se tria ungenta purgatiua contine
 tur. de quib⁹ dicitur Job. v. Vidi
 mus gloriā gloriā quasi un
 genti a patre. Ibi enim est glori
 a. a. gloriosa dei misericordia. Ibi
 est gratia. ibi est ueritas. ibi est
 sapientia. Auarus enim qui ha
 bet oculos plenos pūiere auari
 cie uadat ad istud vas ungenta
 rium. a. ungat oculos suos miseri
 cordia. grā a sapia. Tunc autm
 ungit ungento misericordie: qm̄
 indignatur ad passionem fratne
 miserie. Tunc ungitur ungento
 grē: qm̄ incipit tepescere ab amo
 re terrenoz a inardescere in amo
 rem celestiu. Tunc ungitur ungē
 to sapientie quando scit sapienē
 ac quirere. sapienter retinere a sa
 pienter expendere. Quarto de

spū sancto humanū fecit cibuz
 mellifluum quo crassitudo terre
 na stemnerecur Eccle. xliij. Sp̄s
 enim me⁹ sup mel dulcis. a here
 ditas mea sup mel a fauum Mel
 dulce est in superficie. dulci⁹ in me
 dio. dulcissimum in pfundo. In
 xp̄o quidem triplex est substātia
 s. caro que est superficialis a aīma
 que est quasi media. a deitas q̄
 est pfunda. Mel ḡ est dulce in su
 perficie. q̄ sancti ex cōsideratione
 carnis xp̄i hauriunt delectatiōes
 suauēs. Est dulci⁹ in medio. quia
 ex cōsideracōe anime hauriunt de
 lectationes suauiores. Et dulcissi
 mū in pfundo. q̄ ex cōsideratione
 diuinitatis hauriunt delectatiōes
 suauissimas. Talis em̄ dulce do
 nem dulcedinē humanā facit in
 sipidā. Cris. Vere non h; sup ter
 ram qd amat qui donū celeste in
 ueritate gustauerit. Quinto de de
 itate fecit balsamū quo fetoz lux
 urie pellere. Eccle. xliij. Quasi
 balsamū non mixtum odor me⁹
 Odor autm istius balsami tant⁹
 est q̄ non tantū infirmi. non tan
 tū mortui. nō tantū corrupti: sed
 etiā fetidi sentire debent. Hoc sig
 nificatū est in lazaro quatrīdua
 no a fetido: qui ipsum odorem se
 nit a statim ipse reuixit. Prima e
 nim dies est delectatio a tunc ani
 ma est infirma. Secūda dies est
 consensus. a tunc anima est mor
 tua. tertia dies est malum opus
 a tunc ipsa anima est corrupta.

Quarta est mala consuetudo. et tunc anima est fetida. Qui autem istum odorem non sentit: est infirmo periculoso. mortuo insensibilior. corrupto marcidior. a fetenti ab horribilior.

Sermo tertius eiusdem

Omnis plebs ut vidit dedit laudem deo. ubi super. Postquam dominus ceum illuminavit: omnis plebs que ibi erat dedit laudem domino. Ex quo intelligitur quod ille est illuminatus qui laudat deum. Et ille est cecus qui per verba vel per mala vitam deum blasphemat. In istis igitur diebus homines non tantum deum laudant sed etiam per suas vanitates blasphemant deum et laudant inimicos dei scilicet mundum. carnem et dyabolum. Ite in isto euangelio de christi passione fit mentio ut ex consideratione passionis dominice homines se abstineant a tanta vanitate. Laudant quidem et honorant mundum excedendo diversos ludos. et ineptas letitias. Laudant et honorant corpus dyaboli ducendo diversas choreas. In hijs enim tribus vanitatibus expendunt homines dies suos et ideo cum isto ceco non sunt illuminati: sed cecitate involuti. Primo ergo homines cum debent laudare deum: laudant mundum per diversos ludos et ineptas le-

titias. Leticia enim mundi est sicut vinum purum quod cito inebriat nisi salubri tristitia temperetur. Juxta illud Eccl. vii. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum conviviij. Refert tullius quod quando aliqui consules romani redibant victores triplex honor eis fiebat. Primo quod omnis populus eis cum leticia obviavit secundum. quod omnes captivos quos ceperunt eorum curram vinculis manibus sequebantur. Tercio. quod victor indutus tunica Jovis in curru sedebat: quem quatuor albi boues usque ad capitolium deducebant. Ne vero supra se elevarent: istum honorem tripliciter temperabant. Primo. quod unus homo servilis ad domum in curru sedebat. ut etiam cunctis daretur spes perveniendi ad talem honorem si probitas mereret. Secundo quod servus ille colaphis cum cedebat dicens. Cognosce teipsum. Tercio. quod cunctis licebat in illo die ibi ipsi inferre omnia obprobria que volebat. Si igitur pagani suas letitias sic temperabant: multo fortius nos christiani reprimere et temperare debemus. et maxime triplici de causa. Primo. quod non competit loco. Sumus enim in exilio. deberemus esse in celo. Et ideo nobis est flendum non gaudendum. Augustinus. In valle huius miserie sumus ubi eo magis flendum est quo minus fleamus. Ps. Quo cantabimus canticum domini in terra aliena. Si viris sanctis

ducum est in exilio caritate canti-
 cum dei: quod de illis qui cantant
 cantum diaboli. Quia igitur su-
 m in exilio: ideo omnis humana le-
 titia detet nobis esse importuna.
 Eccl. xxij. Musica in ludu: impor-
 tuna narratio est. Secundo non
 appetit tempore. Tempus enim vi-
 te presentis est cursus ad mortem.
 Aug. Aliud nichil est tps vite
 presentis nisi cursus ad mortem.
 in quo nemo vel paululum stare
 vel tardius ire permittitur. sed om-
 nes pati motu: gemur. Stultus
 aut ille est qui ad mortis suppli-
 cium cum gaudio a leticia ire vel-
 let. Tales similes sunt cigno qui
 quando moritur: suaviter cantat
 phitetur. Tercio non appetit sta-
 tum. Status enim huius periculosus
 a dolorosus est. Quocumq; se vertit
 periculum a dolorem inuenit. Nam
 si sursum aspiciat: videt quod amisit
 Si deorsum: videt infernum qui om-
 nes deo are appetit. Si a sinistris
 aduersitates videt: in quibus vnus
 de mille non euadit qui non cadit p
 impatientiam. Si a dextris: prospe-
 ritates videt: in quibus vnus de
 p. milibus non euadit qui non cadit p
 temperantiam. Ps. Cadent a late-
 re tuo mille. Si post se aspiciat: vi-
 det multitudinem peccatorum que
 commisit. Si ante se: videt terribi-
 le iudicium dei in quo districtam
 rationem eum reddere oportebit
 Vnde legitur in vitas patrum quod
 cum quidam pater videret quen-

dā vane vidētem: dixit ei Redditū
 ri sumus rationē de vita nrā corā
 deo de omni tpe a tu vidēs. Secū-
 do vani homines cum dērent lau-
 dare deum: laudant a honorant
 corpus suum pascendo ipsum per
 diuersas epulas. Istud autē vi-
 tium gule hominibus facit mag-
 nam iacturam a deo magnā iniu-
 riam. Domini quidē triplicē iactu-
 raz facit. Prima est qua inducit
 in corpore nimiam deformitatez ex
 eo quod facit ventrem nimis tume-
 tem. Dicitur enim venter ex eo quod
 est sicut vter vento plenus Gulo-
 sus igitur quanto maiorem ven-
 trem habuerit: tanto maiorez re-
 ficam vento plenam. a maiorem
 sacum plenum stercorebus possi-
 debit. Sicut enim refica plena ve-
 to acu puncta cito de tumescit: sic
 venter gulosi punctus acu febris
 cito per mortem euanescit. Stul-
 tus esset mercator ille qui aurum
 cum labore maximo acquisitum:
 in tali cista poneret: in qua in lu-
 tum conuertendum putaret. Sic
 quoniam venter gulosi est sicut
 sacculus stercoreum: stultus est
 ex eo. quia ea que cum magno
 labore acquirit in ventrem ponit.
 in quo in lutum fetidum conuer-
 tendum esse cognoscit. Secunda
 est quia inducit infirmitate mul-
 tam a aliquando mortem. Eccl. xxvij.
 In multis escis erit infir-
 mitas. Ibi dem Propter crapulam
 multi perierunt a multi conuer-
 tē

Qui autem abstinens est adijci
et vitam. Pingua enim corpora
sunt modici sanguinis. qui quid
sanguis est causa vite. Calor q̄
naturalis sepe pre nimia pingue
dine suffocatur. a via spūum ad
membra sepe pre nimia pingue
dine impeditur a sic mors sequit̄.
Tercia est q̄ inducit insaturabi
litatem. Prouer. viij. Ven ter im
pioꝝ insaturabilis est. Ps̄. Ista
mem patientē vt canes. Canes e
nim post q̄ deiecta deuorauerunt
mox ad alia deuoranda anhelāt
Sic gulofus post q̄ multa ferula
deuorauerit: adhuc alia deuora
re cupiscit. Immo insaturabili
or est canis q̄ cetera fere. q̄ omnia
spoliat elementa. Nam a terra
gressibilia. ab aere volatilia. ab a
qua natatilia. Ihero. Tauri ml
ti paucoꝝ iuge cum pascuis alun
tur. vna silua pluribꝝ elephant
bus sufficit. homo vero in terra
in mari pascitur. Ambrosius in
li. de ieiunijs. Quid insaturabi
lius ventre humano. Hodie sus
cipit. cras egerit. cum impletus
fuerit disputat de continentia. Cuz
digerit: vale virtutibꝝ dicit. a
que rit luxuriā. Inter pocula pro
pheta predicatur. inter p̄hos vi
tia laudantur. Secundo vitium gu
le facit deo magnā iniuriā: ex
eo q̄ gulofus ventrē suā deificat
Phil. iij. Quoz deus venter est.
Ibi dicit Augꝰ. Hoc ab hoīe cō
litur quod pre ceteris ab eo ama

tur. Huius rationē assignat hu
go de sancto victore dicens per si
militudinē. Deo venter oparetur
Solent enim templa dijs ostui
altaria erigi. ministri ad seruien
dum ordinari. pecudes immolari
thura cremari. Deo siquidē ven
tri est coquina. templum. altare
mensa. ministri. cocti. immolare
pecudes. cocte carnes. fumus incē
sorum. odor sapor. Ista autē ydo
latria quodammodo prior est: q̄ y
dolatria paganoz. q̄ illi adora
bant aurum a argentū. gulofus
autem adorat sacum stercoreum
3. Tercio vni hoīes cum deent de
um laudare: laudant dyabolū
diuersas ducento choreas Quod
valde fatuum est ppter quatuor
rōes. Primo. q̄ tales choree mū
di: sepe ducunt ad choreas infer
ni. Scd fatuum est q̄ priuantur
choreis celi. Tercio fatū est q̄ ce
dunt in iniuriā dei. Quarto fatū
est. q̄ iste choree sunt arma dy
boli. Primo dico q̄ fatuum est
choreas mundi ducere q̄ sepe du
cunt ad choreas inferni. In infer
no enim sunt multe p̄ssiones
peccatoꝝ. agregationes superbo
rum. auaroꝝ a luxuriosorum q̄.
qui semp cāt cum lugubre deā
tabunt. Zach. xij. Plangent tē
ra. infernalis familie. a familie
seorsum. Cantabunt autem vna
cantilenam sex versus lugubres
continentem. Dicent enim Ve m̄
quia deum offendi. Ve michi q̄

dyabolo osensi. Ve michi. qz na
 tus fui. Ve michi qz male torqoz
 Ve michi. qz mori non valeo. Ve
 michi. qz nunq̄ in de literato. .
 Ad istas em̄ choreas infernales
 sepe pducuntur. Job. xxxi. Tenēt
 timpanum a citharā. a gaudent
 ad somitum organi. Ducunt enīz
 in bonis dies suos a in puncto ad
 inferna descendunt. Huius autē
 signum est. qz iste choree tendūt
 ad sinistram. Prouer. iiii. Vias
 que a dexteris sunt nouit dominus
 puer se autē sunt que a sinistris
 sunt. Secundo fatuum est. qz pri
 uat choreis celi. Ibi em̄ sunt cho
 ree sanctoruz deo iubilantium in
 ymnis. Qui pasciunt in lilia sep
 tus choreis virginū. Istis choreis
 celi priuant: qui choreis mundi
 sociantur. Vnde refert grego. in
 dyalo. de quadam puella nobi
 li romana que cū iocis a cantile
 nis esset debita: beata virgo cum
 multis speciosis puellis albis in
 dutis vestibus sibi apparuit a cū
 illa puella tam de cōe pcessioni se
 sociare vellet: phibuit beata vie
 go dicens qz donec sic esset vaga
 a uana: esset pcessioni illi sociari
 indigna. Precepit ḡ ei vt a iocis
 a leuitatib⁹ se abstineret a absco
 deret. a sic. xxx. die ab illam pces
 sionem veniret. Que cūcūdis mirā
 tib⁹ subito mutata fuit. a sic. x
 xx. die beato sine quicuit. Tercō
 fatuum est eo qz cedunt in iniuri
 am dei. Tūm. qz pactum in baptis

mo initum a factum frangunt e
 quo abrenunciare dyabolo a pō
 pis e⁹ p miserē. Tū qz maiorē pte
 ptum omittunt q̄ si operi seruilī
 incumberent. Aug⁹. Melius est
 in diebus dimicis arare a fode
 re q̄ choreas ducere. Tūm. qz fes
 ta sanctoruz suis vanitatibus pollū
 unt. Magnam enim iniuriam dō
 fecerunt mundi vanitates. quia
 pphetam suum carissimum: scilicet
 iohannem baptistam occide
 runt. Iniuria enim que fit in san
 ctis redundat in deum. Lu. x. Qui
 vos audit me audit. a qui vos sp
 me me spernit. Quarto fatūū est
 ex eo qz iste choree sunt arma dy
 aboli. Tribus enim modis facit
 dyabolus homines ad peccatum
 coruere. scilicet modo p colloqui
 um. modo p ctactum a modo per
 visum. In choreis autem omnia
 ista concurrunt. Nam ibi sunt v
 ba lubrica. a modulationes can
 tuum. Ibi est fixa visio facierum
 Ibi est tactus manuum ignitar.
 Et ideo ex tali vicinitate a appro
 pinquatione. modo p colloquiū
 modo per contactum. modo per vi
 sum ignis luxurie semper accendi
 tur a mala concupiscentia inflam
 matur. Et quantumcūqz sit ho
 mo fortis a durus sicut ferrum. V
 sit naturaliter frigid⁹ sicut lapis
 vel candidus tanq̄ murus: non
 tamen confidet de sua fortitudine
 nec confidet de sua frigiditate. ne
 qz de sua claritate. Sicut etenim

*No quō m chorea
 hō ducit ad pccm.*

feram in igne positam mollescit
Sic homines fortes in suo proposito
ignis concupiscentie mollescere fa-
ciunt. **I**sta quidam religiosi non con-
siderant: qui dum in suis ecclesiis mu-
lierum audiunt confessiones: cum tan-
tummodo ad perfectam confessionem
et integram penitentiam inhiangendo:
ipsas decenter et antequam excitare: ex-
tra qualitatem confessionis cum ipsis
frequenter colloquuntur et sic aliqui
quantumcumque firmi et duri molles-
cunt et titubant. **I**hero. Ferreas
mentes libido domat. Ex percussio-
ne duorum lapidum frigidum ignis
excitatur. Sic etiam ex nimia fami-
liaritate virorum et mulierum licet in
principio videantur frigidi per ma-
lam concupiscentiam inflammantur.
Quis frigidior esse poterat quam qui in
extremis laborabat. De quo dicit
gregorius in dyabolo quod quedam mulier cum
facie sibi appropinquaret: ut sci-
ret an adhuc spiraret: ille voce quam
potuit exclamavit Recede mulier
recede. tolle paleam. adhuc viget
ignis. **M**ucus etiam dealbatus quam
uis ex candela non oburat: tamen de-
nigrat. Sic etiam quamuis aliqui non
oburantur ex mala concupiscentia: tamen
ex nimia familiaritate denigrantur
infamia vel aliquo modo in conscientia
quam non habent ad deum sinceram. **I**he-
ro. Crede mihi: non potest cum deo toto
corde ambulare qui feminam ac-
cessibus copulat.

Dominica quadragesime.
Sermo primus

Divus est ihesus in deser-
tu a spiritu temptare
et **M**atth. iij. Sciebat
dyabolus per scripturas
et prophetas dei filium in mundum esse
venturum et humani generis sibi donum
um ablatum. Audiens autem secundum
Christum in christi natiuitate angelum pasto-
ribus nuntiantem angelorum multitudinem
domine iubilantem. **J**ohannem digito de-
monstrantem. per patrem in baptismo tes-
tificantem. spiritum sanctum in specie colum-
be descendentem. et nunc etiam. xl. die-
bus et noctibus ieiunantem: eum
esse filium dei suspicatus est. Sed per
modum videns eum esurire dei filium
ipsius esse dubitavit. Non enim cre-
debat dei filium posse esurire. **V**oles
ergo experiri utrum esset dei filius vel
purus homo. et sciens quod primum hominum
tribus telis perstravit: cogitavit eis-
dem telis istum aggredi. et si vicere
non poterit: filius dei esse videbitur.
Nam sic dicit origenes in omnia. dyabolus
primum hominem in tribus peccatis
temptavit et vicit. De gula. cum de
fructu ligni vetiti ipsum manduca-
re suavit. De vana gloria cum dicit.
Eritis sicut dii. Et de avaricia cum
dicit. scientes bonum et malum. Sicut
enim avaricia est immoderatus appe-
titus pecunie: sic etiam est immodera-
tus appetitus scientie. Eodem modo christum
temptavit primum de gula. d. Si fili-
us dei es: dicit ut lapides isti acci-